



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Mariani Societatis Iesv

Nádasi, János

Romæ, 1658

Anno MDLXXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42840

*Illam pro
ijs orare.*

*Cor gene-
rosum ab
illa petere*

*In dolore
capitis il-
lam orare*

*Orandi
donum
per illam
petere.*

*Purita-
tem suam
illi com-
mendare.*

*ob. 1573.
28. April.
Consultrit-
ce illa uti*

ob. 1575.

cebat perexiguum , rugis contractum , ac defor-
matum , quod geminæ croris stillæ absorbebant:
alterum item cor amplum , vastumque , & cuilibet
difficultati non impar : doctusque ab illa est , prio-
ri esse simile *cor ipsius* ; posteriori , *cor Dei* quod
tot passim sceleribus per terrarum orbem non mo-
dò non obrueretur , sed improbos ad frugem ex-
pectaret . Addit m.s. Relatio , simul illi patefa-
ctum fuisse diuinitùs , eos omnes qui id temporis
ei suberant , æternâ felicitate donandos .

915 Eidem tam sèpè , tamque familiari otio
se spectandam dedisse ferunt Deiparam , vt colo-
rem vultus eius , & lineamenta notaret ; diceret
que interdum , hanc vel illam imaginem præ alia
illà , quam monstrabat , diuinæ Matris vultum
magis referre . Coram quadam eius imagine
orans , cùm acerrimo capitis dolore cruciaretur ,
admirabilem in reliquos quindecim vitæ annos
orandi facilitatem est consecutus . Officio de ea-
dē recitando intentus primâ Iulij , siue pridie Visit.
B.V. eadem Virgine Deiparâ significante cogno-
uit , absentis (qui ad vicinum oppidum missus
fuerat) Coadiutoris castitatem à procaci mulier-
cula solicitari ad flagitium ; cui vt opportunè sub-
ueniret ipse tunc Rector Collegij , literas illico ad
eum destinavit , quibus iubebat eum domum con-
festim , omissis omnibus negotijs , remeare .

916 P.Iacobus Cerrutus Deiparæ beneficio cla-
rè se cognouisse aiebat ; diuinæ voluntatis esse vt
in Societate permaneret ; non verò vt ad solita-
rium quendam ordinem , quò inclinabat , transiret .

ANNO M D L X X V .

917 P.Iacobus Ledesma P.Piscatori confessario
suo paulò ante mortem retulit ; sibi de Societate
in-

ineunda cogitanti, verum de ardua necessariaque
puritatis integritate, atque de retinenda in Socie-
tate constantia valde anxo, Augustæ Vindelico-
rum Christum dulcissimum consolatorem visum
adesse spectabilem; à quo & quo animo esse iussus,
tam puritatis, quam retinendæ in Societate con-
stantiae prælargam promissionem acceperit. Bri-
xiæ quoque sibi eadem animo cogitanti adfuisse,
pulcherrimâ luce amabilem DEI Matrem, purita-
tis atque constantiae præstitem fidelissimam: & cum
illa cælestes comites SS. Mariam Magdalenam,
& Catharinam alteram Alexandrinam Martyrem,
alteram Senensem Virginem, idipsum quod Re-
gina Virgo Mater promittebat, blando vultu ad-
promittentes: Regina cæli Iacobum dulcissime
allocuta, non modò pudicitiam (vt loquitur So-
cietatis historia) & perseuerantiam pollicita est;
sed etiam rursus ad finem vitæ suam se illi speciem
commodaturam. & reliqua quæ anno 1557, fu-
se narraui.

p. 2. lib. 1.
n. 65.

918 Maceratae hoc anno P. Raphael Riera Lau-
retanae Virginis Ecclesiastes typis vulgavit *Miracula*
B.V. Lauretanæ. Hic est ille qui in Domo Laure-
tana quodam de Societate ad concionem dicente,
ignem de cælo sacræ Dei Matris ædiculæ immi-
nentem, ac deinde super attonitos qui concioni
aderant circumfusum, cæloque iterum receptum vi-
disse refertur à Tursellino in Hist. Lauretanâ, vt
dixi.

Ignem cæ
lestem à
Deo per
illam pen-
tere.

ANNO M D L X X V I .

919 Hoc anno Gandia diem extremum Fran-
ciscus Hernandez Coad. eo ipso die obiit, quem sibi
supremum fore duodecimo ante die prædixerat.
Huic tum adhuc oues pascenti puero Deipara ma-
gni-